

fontibus in urbem perductis: & ideo quamlibet magnarū nauium ex Italo mari capax, rerū in toto orbe nascentiū mercator placidissimus. Pluribus prope solus, q̄ ceteri in oībus terris amnes, accolitur, aspiciunturq; villis. Nullique fluiorum minus licet inclusis vtrinq; lateribus, nec tamē ipse pugnat, quanquā creber ac subitis incrementis, & nusquā magis aquis q̄ in ipsa vrbe stagnātibus. Quinimo pates intelligitur potius ac monitor, auctu semper religiosus verius q̄ sauius. Latium antiquum à Tiberi Circeios seruatum est M. pass. longitudine. Tam tenues primordio imperij fuere radices. Colonis saepe mutatis tenuere alij alijs temporibus, Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurūci, Rutuli, & vltra Circeios Volsci, Osci, Ausones, vnde nomē modo Latij processit ad Lirim amnē. In p̄cipio est Ostia colonia à Romano rege deducta. Oppidum Laurentū, lucus Iouis indigetis, amnis Numicius, Ardea à Danae Persei matre condita. Dein quondam Aphrodisium, Antium colonia. Astura flumen et insula. Fluius Nymphæus, Clostra Romana. Circeij quondam insula immenso quidem mari circumdata (vt creditur Homero) at nunc planicie. Mirum est quod hac de re tradere hominū notitiā possumus. Theophrastus, qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit (nam Theopōpus, ante quē nemo mentionem habuit, urbem duntaxat à Gallis captā dixit: Clitarchus ab eo proximus, legationem tantū ad Alexandrum missam) hic iam plusquam est fama, Circeiorum insula mensuram posuit stadia lxxx in eo volumine quod scripsit Nichodoro Atheniensium magistratus, qui fuit vrbis nostræ ccclx. anno. Quicquid est ergo terrarū præter x. M. pass. prope ambitus, adnexū insula. Post eum annum accessit Italia aliud miraculū: A Circeijs palus Pontina est, quē locū xxij. vrbiū fuisse Mutianus ter consul prodidit: Dein flumen Vfers, supra quod Tarracina oppidum lingua Volscorum Anxur dictū: * et vbi fuere Amyclæ à serpentibus deletæ. Dein locus speluncæ, lacus Fundanus, Caieta portus. Oppidum Formiæ, Hormiæ dictū, vt existimauere, antiqua Lestrygonū sedes. Vltra fuit oppidū Pyra. Colonia Minturnæ, Liri amne diuisa Glanico appellato. Oppidū Sinuessā extremum in adiecto Latio, quā quidā Sinopen dixere vocitatā. Hinc felix illa Campania est. Ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles: & temulentia nobilis succo per omnes terras iclyto, atq; (vt veteres dixere) summū Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His iungūtur Falerni, Caleni. Dein cōsurgunt Massici, Gaurani, Surrentiniq; montes. Ibi Laborini cāpi sternuntur, et in delicias alicæ* politur messis. Hac littora fontibus calidis rigātur: præterq; cetera in toto mari conchylio & pisce nobili annotantur. Nusquā generosior oleæ liquor. Et hoc quoq; certamen humanæ voluptatis tenuere Osci, Græci, Umbri, Tusci, Campani. In ora Sauro fluius, Vulturnum oppidū cū amne, Linternū, Cumæ Chalcidensium,

Misenū, portus Baiarū, Bauli, lacus Lucrinus & Auernus, iuxta quē Cimmeriū oppidum quondā. Dein Puteoli colonia, Dicaarchia dicti: postque Phlegræi cāpi, Acherusia palus Cumis vicina. Littore aut hoc Neapolis, Chalcidensium & ipsa, Partenope à tumulo Sirenis appellata: Herculaniū Pompeij: haud procul spectante monte Vesuuiio, alluente uero Sarno amne, ager Nucerinus: & ix. M. pass. à mari ipsa Nuceria. Surrētū cum promontorio Mineruæ, Sirenū quondā sede. nauigatio à Circeis duodecoginta M. pass. patet. Regio ea à Tiberi prima Italia seruatur, ex descriptione Augusti. Intus colonia, Capua ab campo dicta, Aquinū, Suesia, Venafrum, Sora, Teanum Sidicinum cognomine, Nola. Oppida Abellinum, Aricia, Alba longa, Acerani, Allifani, Atinates, Aletrinate, Anagnini, Atellani, Asulani, Arpinates, Auximates, Auellani, Alfaterni. Et qui ex agro Latino, item Hernico, item Labicano cognominati: Bouilla, Calatia, Casinū, Calenū, Capitulum, Cernetū, Cernetanī qui Mariani cognominantur: Corani à Dardano Troiano orti: Cubulterini, Castrimonenses, Cingulani: Fabienses, in monte Albano Foropopulienenses. Ex Falerno Frusinate, Ferentinate, Freginate, Fabraterni ueteres, Fabraterni noui, Ficolenses, Fregellani, Foroappi. Forentani, Gabini, Interammates, Succasani, qui & Lirinate vocantur. Ilionenses, Lauinij, Norbani, Nomentani, Prenestini, urbe quondā Stephane dicta, Priuernates, Setini, Signini, Suesulanī, Telini, Trebulani cognomine Balimenses, Trebani, Tusculani, Verulani, Veliterni, Vlubrenses, Vluernates, superq; Roma ipsa: cuius nomen alterum dicere, arcanis ceremoniarū nefas habetur: optimaq; & salutari fide abolitum enunciauit Valerius Soranus, luitq; mox pœnas. Nō alienū videtur inserere hoc loco exemplū religionis antiquæ, ob hoc maxime silentium instituta. Namq; diua Angerona, cui sacrificatur ad diē xij. Cal. Ianuarij, ore obligato obsignatoq; simulacrū habet. Vrbē tris portas habentē Romulus reliquit, aut (vt plurimas tradētibus credamus) quatuor. Mœnia eius collegere ambitu, imperatoribus cē soribusq; Vespasianis anno conditæ dcccxxvij. pass. xij. M. cc. cōplexa montes vij. ipsa diuiditur in regiones xij. Cōpita earū cclx. eiusdē spatij mēsurā currente à miliario in capite Ro. fori statuto ad singulas portas, quæ sunt hodie numero xxxvij. ita vt xy. portæ semel numerentur, prætereanturque ex veteribus vij. quæ esse desierunt. Efficit passuum per directum xxx. M. dcc. lxx. Ad extrema uero tectorū cum castris prætorijs ab eodē miliario per uicos oīum uiarū mensura colligit paulo amplius lxx. M. pass. Quo si quis altitudinē tectorū addat, dignā profecto estimationē cōcipiat, fateaturq; nullius urbis magnitudinē in toto orbe potuisse ei cōparari. Clauditur ab oriēte aggere, Tarquinij Superbi, inter prima opere mirabili. Nāq; eū muris æquauit, qua maxime patebat aditu plano. Cætero munita erat p̄cellis muris, aut abruptis

* ibi fuer.

*populi totius messis